





1662, II  
DISPUTATIO INAUGURALIS 53.  
*De*  
**SEQUESTRA-**  
**TIONE,**

*Quam*  
Divinâ Favente Clementiâ  
Decreto & Autoritate Magnifici ac Amplissimi in  
Celeberrima Academia Jenensi JCtorum Ordinis,

P R A E S I D E N T E  
V I R O

Magnifico, Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo & Excellentissimo  
**DN. CHRISTOPHORO PHILIP-**  
**PO RICHTERO, JCto & Com. Palat. Cæsar.**  
eminentissimo, P. P. celebratissimo, Consiliario Saxonico,  
Curiæ Provincialis & Scabinatûs Adseffore primario gravissimo,  
Facultatis Juridicæ Ordinario meritissimo,  
Domino Patrono atque Promotore suo æternū  
colendo.

PRO

CONSEQUENDIS SUMMIS IN UTROQUE JURE HO-  
NORIBUS ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS.

In Auditorio JCtorum ad d. 25. Januarii 1662.

Horis ante- & pomeridianis.

Publico Eruditorum examini sittit

**JUSTUS ENGELBERTUS Hoyer/**  
HERVORDIENSIS WESTPHALUS.  
JENÆ, Typis JOHAN. NISII.

†



SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI  
AC DOMINO,

DN. FRIDERICO WILHELMO,  
MARCHIONI BRANDEBURGICO,  
S. ROM. IMPERII ARCHICAME-

RARIO ET ELECTORI,  
MAGDEBURGI, BORUSSIÆ, CLIVIÆ, MONTIUM,  
STETINI, POMERANORUM, CASSUBIORUM, ET  
VANDALORUM, CARNOVIÆ, ET CROSNAE  
IN SILESIA DUCI, BURGGRA-

VIO NORICO,

PRINCIPI HALBERSTADIensi, MINDENSI, ET  
CAMINENSI, COMITI MARCÆ ET RAVENSPURGI,  
DYNASTÆ IN RAVENSTEIN, LAUENBURG,  
ET BUTOW &c. &c.

PRINCIPI AC DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

**N**e quis Persarum, Serenissime Princeps, suum  
Principem sine aliquo munere adiret, vel lege,  
vel more sanctum erat. Piè ac religiosè factum.  
Impius autem sine munere accessus: quemadmodum  
impium ac nefas est accedere ad altare sine donario. Di-  
vino scilicet digni sunt honore, qui in terris erga genus  
hominum divinâ quodammodo vice funguntur. Dii  
vos estis Principes. Unum praesse pluribus; leges ac juf-  
fa po-

sa ponere; maria, terras, pacem, bella moderari; Divinitatis est character. Et hoc insig-  
nitus es charactere, Dux serenissime. Et  
Tua Serenitas divinis radiis coruscat. Et Tua  
unius Serenitatis imperium plures agno-  
scunt; leges ac iusta capessunt: Et Tibi Ne-  
ptuno imperium pelagi, savusq[ue] triens datus;  
encipsa Dea Tellus regimen Tuum clemens  
respuit aut detrectat: Et Tibi Mavorti optimo  
jure belli debetur triumphus. Tu horridam  
Erinnyn, Tu perspersam humano cruento Tisi-  
phonem vinculis adstrictam ducis. Summa-  
tim: Tu Deus es tantus in Tuo Hemisphario,  
quantus in toto suo Cælo vel ipse Augustus.  
Ad hunc divinum Serenitatis Tua vultum  
nunc accedo supplex. An sine munere servus?  
nefas. Qui n. Persarum genti suus erat Mo-  
narcha, ille nobis es Heros Brandenburgice:  
Deinde, vel ideo tura incendo Nomini Tuo  
ac Numinis, quod serenissima Tua Clementia  
ac gratia sole, ministri Tui fidelissimi, Pa-  
rentis mei dulcissimi, caput hactenus irradia-  
veris, & adhuc irradies. Sed quo munere

acce-

accedo? non quidem quo digna Tua Divinitas, verum quo possum. Ingenui olim pauperes, cum jovi votum deberent, nec possent bove, pomis solvebant. Et mili ad innocentium munera studiorum configiendum est. Accipe igitur, ô Serenissime Princeps, sereno ac propitie vultu munus hoc chartaceum, à supplice manu, Serenitati Tua, porrectum, de Sequestratione. Amplectere Serenissimam Tua Clementiam servum Tuum devotissimum. Cetera, supremum illum Principem veneror, ut serenissimam Tuam Domum Brandenburgicam jubeat annare ac perennare, ad desituri usq; saeculi crepuscula!

Potentiss. Serenit. Tue

Devotissimus

Justus ENGELEBERTUS Hoyer.

D. O. M. A.

P R A E F A T I O.

**N**ter contractū, re quiperciuntur, locum sibi vendicat depositum. §. 3. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. l. 1. ff. depositi. l. 1. §. i. quoque apud quem. ff. de oblig. & att.

Quod à Jctis consideratur ut genus, habens duas species, videlicet rei non litigiosa, ac in specie depositum dicitur, & rei litigiosæ, quod sequestrum seu sequestratio vocatur. l. proprie. 6. l. 12. §. 2. l. 17. §. 1. depos. l. 110. de V. S. l. interesse. 39. ff. de acquir. vel amitt. poss. Johan. Schneidew. ad §. præterea. 3. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. Bachov. in not. ad VVesenb. sub tit. depositi vel contra. n. 6. Gœdd. in tit. π. de V. S. adl. 110. Verum de priori jam agere non placet, de posteriori præsens Disputatio crit.

C A P. I.

De

D e f i n i t i o n e.

E st autem Sequestratio seu Sequestrum depositum rei  
litigiosæ, quæ certâ conditione, ut sc. lite finitâ victo-

A ri re-

ri restituatur, custodienda reddendaque tertio cuidam  
à pluribus traditur. d. l. 6. l. s. §. 1. D. ut legat. seu fideicom-  
miss. caus. carent. Atque hoc ita mecum definit Vir No-  
bilissimus ac Consultissimus Dn. Georgius Adamus  
Struve, JCtus celeberrimus, Antecessor hujus Salanæ  
longè nominatissimus, Patronus atque Promotor meus  
omni honoris cultu æternum prosequendus, in nun-  
quam satis laudato Syntagm. Jurípr. Exerc. 21. thes. 46.  
Add. Vultej. Jurisprudent. Rom. lib. 1. cap. 33. Et quam-  
vis subtiliter inquirenti videri possit, sequestrationem  
à sequestro differre, quantum factum à Jure: usus tamen  
hac vocabula confundit, ut & ipsum contradicunt, &  
jus ex contractu ortum, & ipsum deponendi actum, in-  
discriminatim significant. Hactenus sequestri definitio  
à genere subintellexo, & forma, quæ est in speciali fine  
ac modo deponendi. Communem cum alterâ depositi  
specie finem hunc habet, ut res à depositario custodiantur.  
l. 1. ff. depositi. Specialis hujus finis, quem cum alterâ de-  
positi specie communem non habet, est controversia, h.e:  
ut controversia decidendæ gratiâ res custodiâ tradita sit,  
d. l. propriæ. l. licet ff. depos. ideoque etiam in nullâ aliâ re  
existere potest, quâm quæ in controversiam vocatur, quæ  
litigiosa est. d. l. licet. depositi. l. si quis. 9. §. Labeo (alii l. si  
oleum) ff. de dolo malo. l. unic. C. de prohibit. sequestr. pecun.  
c. 1. c. 2. c. 3. de sequestr. poss. & fruct. Clem. unic. eod. Mo-  
odus deinde est in eo, quod non ab uno, sed pluribus, ne-  
que à pluribus simpliciter; sed pluribus litigantibus, actore  
sc. & reo simul in solidum deponentibus, non in diversis,  
sed eadem re constituitur, textus expressus in l. 110. de V.S.  
Nam si plures non litis gratiâ rem simul in solidum de-  
posuerint; aut minimè litigiosam, litis licet gratiâ, vel  
si plures contendentes eandem rem scorsim, aut in par-  
tes

res depositario tradidissent, non sequestrum, sed vulgare depositum foret. l. i. in princip. §. si apud. 43. & seq. d. l. s. §. i. l. o. l. lices. ff. depositi. l. interesse puto. ff. de acquirend. vel amitt. poss. Huic definitioni nonnulla contrariantur.

Primo, si depositi species esset sequestrum, contractus esset; sed quoddam sequestrum est, nempè necessarium, quod contractus non est: ratio hæc, quia in invitum cadit, & judicis officio expeditur. c. i. x. de sequestr. poss. & fruct. Clem. unic. cod. l. 7. §. fin. ibi q. Bart. & Jason ff. qui satis d. cogant. Wesenb. cons. 7. n. 7. Contractus autē sunt voluntatis liberæq; conventionis. l. Labeo. 19. de V. S. l. 1. ff. de pact. l. 1. l. 2. l. 3. l. quecung. ff. de obligat. & aet. quoddam igitur sequestrum depositum non est: quod si quoddam non est, certè nullum sequestrum depositum erit. Genus enim prædicari debet de utraque specie. Arist. lib. 4. Topic. c. i. & 2. Ceterum, si depositum esset, in iis saltim rebus 4 consisteret, in quibus depositum: non enim potest speciei tribui, quod generi adimitur. Sequestrum autem in rebus non tantum mobilibus, sed etiam immobilibus esse potest. d. c. i. 2. 3. extr. de sequestr. poss. & fruct. l. unic. & Rubr. C. de prohib. sequestr. pecu. Est enim pecunia non men generale. l. 4. l. 5. l. pecunia 178. de V. S. Imò non solum in his, verùm etiam in rebus incorporalibus sequestrum est. Ordin. Camer. tit. 21. part. 2. §. Ob auch in obberührtem Fall. Depositum ergo non est, quia illud ex communi & receptrā Dd. opinione saltem in rebus consistit mobilibus atque adeò etiam in solis corporalibus. Schneidevv. Wesemb. Myns. ad §. praterea. Instit. quib. mod. re contrah. oblig. Bart. & Bald. passim. Petr. Mozz. de contract. tit. deposit. c. i. n. 5. cap. de rebus, que deponi poss. n. 1. Azo in sum. C. depos. Verùm enim vero

A 2

ad

ad objectiones allatas discutiendas & quidem ad pri-  
mam respondeo cum Joh. Goedd. ad tit. *Decretal. Grego-*  
*rri IX. de sequest. poss. & fruct. circa rubricam;* propterea  
quod Judicis auctoritas intercedit, necessarium seque-  
strum non desinere contractus speciem esse: ergo nec de-  
positi: sicuti nec stipulatio pratoria, quæ jussu prætoris  
vel Judicis interponitur, & ad quam quis capti pignori-  
bus cogitur, definit propterea contractus, ac proinde sti-  
pulatio esse. Goedd. ad cap. 1. n. 80. & in rubric. n. 17. x. de  
*sequest. poss. & fruct.* Quando enim auctoritate magi-  
stratus sit, omnino utraq[ue] parte expressè consentiente,  
vel alterutram facit volente, expeditur. Nam si accidat,  
ut propter dilapidationem, c. 2. c. fin. extr. de sequest.  
poss. & fruct. aut difficultatem cautionis l. si fidejussor. 7.  
§. ult. ff. qui satud. cogant. vel aliam ejusdem generis ob-  
causam. l. ult. C. de Ordin. Cognit. Clement. unic. de sequest.  
poss. (de quibus infrā dicemus) ea tentetur: et si videatur  
uno modo repugnare, altero tamen modo, maximè mo-  
ribus factoque suo, consentit, ratumque habet. Neque  
verò coacta voluntas definit esse voluntas. l. si patre. 22.  
ff. de ritu nupt. quia nec obsequium voluntatem tollit.  
l. si mulier. 21. §. ult. ff. quod met. caus. l. nam quod. 14. §. si  
quis compulsus. ff. ad SC. Trebell. l. 3. l. 4. de R. J. cap. Ma-  
jores. §. item querisur. exir. de Baptism. & ius effect. Ad al-  
teram variè responderi posse existimo: primò species &  
genera rerum non subjectis distingvi: & ideo Jasonem  
post Azon. in summ. C. de prohib. sequest. pecun. ac alias in  
d. l. 7. §. fin. ff. qui satud. cogant. non absurdè statuisse in  
sequestro id speciale esse: secundò generi nimurum de-  
posito etiam convenire, ut & in rebus immobilibus & corporali-  
bus.

bus consistat: quia quod specie continetur, id & gene-  
re, respectu sc. ejus speciei: at quæ cujusque speciei pro-  
pria sunt, et si hæc generi cum singulis speciebus sunt  
communia; minimè tamen ea singulæ species inter se  
communia habent: alioqui propria non forent. Depo-  
situm igitur in rebus etiam immobilibus est, quia in his  
sequestrum propriè est: at non quodlibet depositum,  
puta vulgare, simplex, in rebus immobilibus & incorpo-  
ralibus consistere potest; ne quod sequestri proprium  
est, fiat commune oppositis speciebus: & hæc dubio pro-  
cul Azonis, Jasonis, Bartoli, & aliorum sententia fuit..

C A P. II.

De

Divisione.

Sequestrationum alia est voluntaria sive conventiona-  
lis, alia necessaria sive judicialis. l. *sapius* dicta s. §. 1. &  
2. l. 6. l. 17. §. 1. ff. *depositi*. l. *unic.* C. de *prohib.* *sequestr.* *pe-*  
*cun.* cap. 1. 2. 3. *extra sequestr.* *poss.* & *fruct.* Adde sis.  
Dn. D. Joh. Strauchium, JCtum subtilissimum, Ex An-  
tecessore Salanæ Reipub. Brunsicensis Protosyndicuum,  
Mecænatem piè devenerandum, in *Dissert.* ad *Jus Justi-*  
*nianum* *Dissert.* 13. apb. 17. Mynsing. cent. s. *observat.* 35.  
n. 1. Jacob. de *Arena de sequest.* n. 1. & 2. Joh. Schneidev. v.  
in §. *praterea* & is. 3. *Instit.* quib. mod. *re contrah.* *oblig.* n.  
5. Joh. Coras. lib. 3. *Miscellan.* c. 2. Br. in l. *interesse* 39. n. 2.  
ff. *de acquirend.* vel *amitt.* *poss.* Jason. ad d. l. *si fidejussr.* §.  
fin. ff. *quis satudar.* cog. Andr. Gail. *de arrest.* Imper. c. 12. n.  
1. & 5. Matth. Coler. *de Process.* *execut.* part. u. c. 2. n. 68.  
*vers.* et si verò duplex & seq. Joh. Goedd. cap. 1. *de sequestr.*  
n. 79. Cujac. *in paratit.* C. de *prohib.* *sequestr.* *pecun.* Joh.  
Sichard. *ad l. unic.* C. d. tit. *in rubr.* n. 4. Forner. *ad l. se-*

A 3.

*questr.*

2 quest<sup>r</sup>. 110. n. 1. ff. de V. S. Voluntaria seu conventio-  
nalis nuncupatur, quæ fit ex merâ partium litigantium  
conventione, d. l. 6. l. et apud quem. s. §. 1. & seq. D. depo-  
sit<sup>l</sup>. propter. s. l. is penes quem. o. C. eodem. Confer. Matth.  
Coler. de process<sup>f</sup>. execut. part. 1. d. cap. 2. n. 69. Neces-  
saria s. judicialis sequestratio est, quæ jussu & auctoritate  
judicis aliquando ex justâ causâ etiam parte invitâ decer-  
nitur. Excell. Dn. Struve in Exercit. ad π. 21. th. 48. Dn.  
Renneman. in methodic. suâ Jurispr. Romano-German. de  
Judicio, Disput. 59. th. 7. Cujus exempla exstant in l. Se-  
natu consulto. 16. D. de Offic. Praef. d. l. si fidejussor. 7. §. ult.  
D. qui satud cogant. l. Imperatores. 21. §. fin. ff. de Appellat.  
l. sed et s. 11. §. penult. ff. ad exhibend. Quid? nihilne hîc,  
quod reprehendant alii, inveniunt? maximè, sunt qui  
penitus illam distributionem rejiciunt, substituentes a-  
liam, nimirum hanc; quod sequestratio alia sit propria,  
alia impropria sive quasi sequestratio. Propriam defi-  
niunt illam, quando eandem rem controversam, partes  
in solidum deponunt: impropriam contra, cum sc. rem  
eandem plures in solidum sequestro non collocant, facit  
4 l. propriè. 6. ff. depos. Ast hi non observant latiorem se  
proponere divisionem, quam ipsum est divisum, ut ab-  
undè apparet ex definitione in d. l. sequester. 110. estque  
impropria sequestratio, non magis sequestratio, quam  
improprius & falsus tutor, tutor est, quam falsus & im-  
proprius modius, modius est; quam improprium & fal-  
sum testamentum, testamentum est, prout in l. Paulus  
220. D. de V. S. l. 1. ff. de eo, qui pro tutor. prov<sup>e</sup> curator ne-  
got. gess. videre licet. Quod enim mentitum est, quod  
falsum est, quod fitâ veritatis imitatione est, revera non  
est: l. 1. & t. t. C. si fals. tut. interven. l. s. C. de Legibus.  
quod.

quodque impropriè & abusivè non à rei veritate, sed à  
conatu & vana opinione aliquid esse dicitur, propriam  
ac peculiarem rei speciem non facit, *per l. ubiq. autem. §.*  
*cum igitur, de in diem addicet.* Nam illud, quod impro-  
priè quod abusivè, quod quasi est, cum sit negatio, affir-  
mati proprii sive ejus quòd verè est utique destructivè &  
privativè ad formam & esse istius rei procedit: ut ideo  
specifica rei forma careat, ac proinde speciem ejusdem  
generis, cuius affirmatum ejus contrarium est, constitu-  
ere non possit; ut nec monstrum hominis est species ob  
id, quod destructivè homini opponitur: & non homo,  
sive pictus homo novam ac propriam hominis speciem  
non facit. Homonymia vocis hunc in modum qui-  
dem rectè distinguitur, verum eadistinctio sermonis, non  
rerum est. Porrò, quod legati vel fideicommissi causa,  
si hæres non possit cavere, voluntaria sequestratio locum  
inveniat: possit & necessaria injungi, si conventionalem  
nolit heres admittere. *l. 5. §. 1. vers. sed si nec ipsi cavere*  
*posint. ff. ut legato. seu fideicommiss. servand. causâ cav.*  
non probat sequestrationis propriè non esse species vo-  
luntarium sequestrum & necessarium. Imò verò species  
ejus esse apertè convincit, quemadmodum etiam *l. 10. §.*  
*1. C. de erogat. milit. annon. lib. 12.* Sed quid scrupuli istis  
hic occurrit? nimirum illud, quod species ejusdem gene-  
ris, propter naturam contrariorum inter se pugnantem,  
simul circa idem, ad idem, eodem tempore, simul & se-  
mel concurrere & esse non possunt: i.e. quod simul idem  
non sunt. Facilè concedo: sed illud inconveniens hic  
accidere planè nego. Cum potius circa eandem istam  
rem sequestratio & conventionalis & judicialis locum  
habere potest: at non simul & semel, ad idem, eodem  
mo-

modo & tempore, sed quam litigantes sequestrationem  
elegerint & perfecerint, hæc sola, remotâ alterâ, aderit.  
Exemplum res ut siat clarior, pono Stichū quendā, quem  
possim tecum permutare, possum & vendere tibi, pos-  
sum & locare, & cōmodato tibi dare; quorū ex illis con-  
tractibus aliquis invicem placuerit. Non autem hinc  
rectè dixeris, permutationem, emptionem, venditionem,  
locationem, conductionem, commodatum, non esse  
differentes & oppositas inter se species contractus, quia  
singuli illi potuissent in eam ipsam rem adhiberi. Neque  
verò à posse ad esse valet consequentia. l. 10. C. de probat.  
nec ex objecti habilitate, sed propria cuiusque forma &  
fine, species cuiusque generis discernuntur, ut Logico-  
rum habet disciplina. Et rectè ex §. 16. Inst. de R. D.l. ult.  
ff. de Calumn. l. 20. ff. de minor. vig. quin. ann. interpre-  
tes afferunt, de rebus inter se differentibus cum idem di-  
ci non possit, colligi distantiam specierum & acciden-  
tium. Cum itaque in sequestratione duplex deprehen-  
datur qualitas differens, ex ea quoque colligitur duplex  
sequestri species, & per consequens, quod sequestrum  
aliud sit voluntarium, aliud necessarium; non autem a-  
liud propriè sequestrum aliud impropriè; quoniam pro-  
prium & improprium non significant generis qualita-  
tem differentem specie vel accidenti, sed veritatem ser-  
monis à falsitate distingvunt, & homonymiam vocum  
discernunt. Idem respondetur ad illud, quod ex l. jube-  
mus. 16. §. si quia tamen. C. de erogat. milit. ann. lib. 12. affer-  
tur, ubi præcipitur fieri sequestratio, si in eroganda an-  
nonâ incidat quæstio inter militem & actuarium de lu-  
cro ex pactione actuarii debito. Quod quidem ita in-  
telligi potest, ut vel sponte sequestro ponant, vel alteru-

tra

tra etiam parte, aut utraque invita ex legis præcepto.  
Sed eodem res reddit, nec aliud probat, quām hoc  
ipsum, quod simul circa idem, ad idem, eodem tempore,  
actu existere non possunt, sed utram sequestratio-  
nem malint, in litigantium fore abitio: ut unā factā,  
altera locum non habeat. Sic & in prætoriis stipulatio-  
nibus accidit, ut quam officio magistratus sive prætoris  
imperio, impetrare poterā, *juxta l. i. 2. ff. de prator. stipul.*  
sponte tua sine prætore præstes: velut si promittas mihi  
fideiussores dare volenti obnunciationem novi operis,  
*l. 7. §. si pacificari. ff. de pacif.* si rem ratam habeti, vel do-  
lum abesse, aut evictionis causā sponte promittas, vel ju-  
dicatum, aut rem pupilli salvam fore, liberimā volun-  
tate caveas, nullā imperii prætorii necessitate cogente,  
*juxta l. interdum. cum seq. ff. rem rat. hab. l. doli. l. ex cā*  
*parte. ff. de V. O. l. pacificari. ff. de pacif.* Quibus casib[us] h[ec]  
stipulatio non erit præatoria, sed conventionalis, ut bene  
monet Gædd. in *Comment. de contrahab. & commis. stipul.*  
c. 5. Verūm propterea altera earum species, nimirum  
conventionalis, vel præatoria, non debet tolli: quia nisi  
sponte cassissem, imperio prætoris te ad istam stipulatio-  
nem coēgissim: ut ita constet, de eadem re, & conven-  
tionalem & prætoriam stipulationem exigere licere: at  
non simul & semel de eadem re, eodem tempore, circa  
idem, ad idem, propter differentem formæ qualitatem  
oppositam, *per l. 5. l. in conventionalibus de V. O. l. i. l. 2. de*  
*prator. stipular.* Ceterum quod in *l. propriè. 6. ff. deposit.* 8  
Paulus adserit, propriè in sequestre depositum esse, quod  
à pluribus in solidum certā conditione custodiendum  
reddendumque traditur, non tam probat aliud quod-  
dam esse impropriè in sequestre depositum, quām

B

quod

quod penitus non sit in sequestre depositum, si secus deposito facta sit: & perinde est, ac si dicam, propriè homo est illud animal, quod ratione præditum est: propterea autem non facio aliud quoddam animal impræpriè hominem, si id ratione præditum non sit. Neque etiam ex singulis voculis specierum numerus & nomina sunt arripienda, sed ex propriis rerum differentiis.

d. §. gallinarum. Inst. de R. D. l. fin. ff. de Calumn. l. 1. l. 2. D.

2 de adopt. Ultimò Paulus in allegatâ l. propriè. 6. discri-  
men proponere voluit, non inter sequestrum & seque-  
strum, sed inter simplex depositum & sequestrum, quod  
etiam Cujac. ad Paulum lib. 2. ad edit. in d. l. propriè 6.  
bonâ fide agnovisse videtur. Quod sequestrum quod-  
dam sit neque conventionale, neque necessarium, sed  
mixtum, juxta Rebuss. ad l. Sequester. 110. de V. s. alii feli-  
cio citer refutarunt. Sed cum sequestrum seu sequestratio  
voluntaria sive conventionalis parum faciat ad proposi-  
tum nostrum, cum jus dicens de eo non sit sollicitus, quô  
pactô partes sponte, & suâ voluntate invicem à lite disce-  
dant. l. 1. §. inde quaritur D. de N. O. N: illudque, utpo-  
te quod de consensu utriusque litigantis fit, sit omni-  
tempore & casu licitum. l. 1 ff. depos. l. 39. de solut. Vid.

Myns. Cent. 5. observ. 35. n. 3. Ideoque èa sepon-  
sita, in subsequentibus saltim de seque-  
stro necessario vcl judiciali  
tractabimus.

CAP. III.

CAP. III.

De

Quibus rebus necessaria sequestratio  
sit prohibita, & quibus in casibus lo-  
cum habeat.

Necessaria sive judicialis sequestratio, sive de rebus i  
mobilibus, sive immobilibus, sive de rebus corpo-  
ralibus, sive incorporealibus, sive de profanis, sive de spi-  
ritualibus, non solum civili, verum etiam canonico jure,  
regulariter est prohibita. *text. in l. unic. C. de prohibit. Se-*  
*questr. pecun. l. sicut nulla, 58. ff. de re judic. l. negantes o.*  
*C. de Oblig. & Aet. cap. 1. in verb. pro suo arbitrio, & seq.*  
*mandato sequestrationis penitus revocato, extr. de prohib.*  
*sequestr. poss. & fruct. cap. 2. eod. juncta gloss in verb. seque-  
strari, Panormit. ibi latu simile, num 5. cum seq. text. in cap.*  
*cum teneamur, de appell. Franc. ibi num. 1. & 7. Ferrar. in*  
*formâ sequestris. saximenti, n. 3. Consul. hac dere Andr.*  
*Gail. lib. 1. Observ. 148. n. 1. & 8. vers. prædicta accipien-  
da, & de arrest. Imper. c. 1. n. 7. Joh. Coras, lib. 3. miscell.*  
*cap. 2. n. 6. Henning. Gæd. Consil. 106. n. 1. Aym. Cravett.*  
*consil. 978. n. 1. & seq. Joh. Gædd. tract. de sequestr. c. 1. n.*  
*483. & seqq. Vid. adhuc si non molestum erit, Magnif.*  
*Dn. D. Erasm. Ungep. Præceptor ac hospes quondam*  
*meus, nunc post fata sancte colendus in Comm. super De-  
cretales, tit. de sequestr. poss. & fruct. n. 6. Zos. ad ius Ca-  
nonicum eod. n. 1. Card. Flor. in Clem. 1. de sequestr. poss. &*  
*fruct. Communem testatur Emanuel Soarez in thesaur.*  
*suo Comm. Opin. verb. sequestratio. Ratio hujus prohibi-  
tionis (1) est, quod ab executione non sit initium faci-  
endum*

endum l. i. C. de Ext. ut. rei 3ud. d. l. si cum nullus, s. ff. de re  
jud. (2) quod prius quis sit convincendus probationi-  
bus antequam ei res auferatur ceu ipsam æquitatem  
persuadere dicitur in alleg. l. un. C. de prohibit. sequestr.  
pecun. (3) quod commoditas possessionis, quæ magna  
est, §. retinenda 4. vers. commodum 3. Inst. de Interd. ne-  
mini sit auferenda l. 6. C. unde vi. cap. 1. cap. laudabilem  
3. extr. ut lit. pend. D. Hahn, celebris ille Professor  
Helmstadiensis in observat. theoretico-practicus ad  
Wesemb. parat. part. prior. Dissert. 15. n. 6. Dn. Carpzov. 1.  
c. 3. d. 1. n. 11. Andr. Gail. 1. Observ. 147. n. 2. vers.  
multo minus, & observ. 148 n. 1. Renneman. citata  
3 d. sp. 59. th. 12. Ampliatur hoc ipsum, quod ne quidem  
ex rescripto Imperiali quis possessione sua hunc in mo-  
dum privari debeat, text. in d. cap. 2. X. de sequestr. poss.  
& fruct. Panorm. ibid. n. 5. text. si per vim vel alio modo.  
Alexand. Conf. n. 1. vol. 2. Gail. lib. 1. d. Observat. 147.  
n. 2. Etiam si quis sit injustus possessio & contra jus com-  
mune possideat text. notab. in cap. cum. persona. §. quod  
si tales. de privil. in 6. And. Gail. d. observat. 147 n. 2. circa  
fin. dummodo talis possessio adjuta sit titulo. Refert  
Schurff. Conf. 27. n. 5. in fin. Cent. 3. incipit, casus talis. Ne-  
gari autem non potest, sequestrationem esse quandam  
possessionis turbationem, quod multis probat Wesemb.  
d. Conf. 7. Possessionis commodum autem non solùm  
est structum perceptio, & usucapiendi occasio, sed etiam  
domini præsumtiol. sive. C. de Prob. cuius tanta fortitu-  
do est, ut etiam onus probandi transferat in adver-  
arium d. l. sive, l. 2 C. eod. Qanquam autem hæc sit com-  
munis, testis est Dn. Ungepauerus, d. l. & æquisima,  
omnium Dd. suffragiis comprobata, usu recepta, mul-  
tisque seculis approbata opinio, nihilominus tamen ab  
ea

ea recedit Joh. Robert. lib. 1. sent. jur. cap. 5. conten-  
dens non cuiusque rei sequestrationem esse prohibi-  
tam, sed pecunia duntaxat, ex contractu debitæ, ad cu-  
jus argumenta, nec non Cujacii, in π. C. de probibit.  
sequestr. pec. & ad l. 6 ff. deposit. in Jul. Paul. ad editum. lib. 2.  
in candem descendantis sententiam & expressius docen-  
tis, sequestrationem aliam non esse prohibitam, quām  
quæ est quantitatis: respondet Joh. Goedd. ad sēpissimè  
dictum cap. 1. extr. de sequestr. poss. n. 91. & seqq. quo B. &  
C. L. remitto. Dicitum est, quod regulariter necessa-  
ria sequestratio sit prohibita, quia sunt quādam cause,  
in quibus valet. Et licet de iis non conveniat inter Dd.  
dari tamen tales valde æqvum est, ut pericula & damna  
fortunarum evitentur iisque præveniatur. Nobiliss. Dn.  
Hahn. in Observ. ad Wesenb. d. dissert. 15. n. 6. Præcipuæ,  
ob quas judici eam decernere permisum, sunt (1) Ubi  
prodigalitas subest & dissipatio arg. l. 6. C. de dol. mal.  
arg. l. 21. §. 1. de appell. Consultissimus Dn. Strauch. d. dis-  
sert. 13. th. 17. Mynsing. s. O. 35. n. 4. Gail. 1. Obs. 147. &  
148. Guid. Pap. decision. 246. n. 5. Matth. Coler. de pro-  
cessu execut. p. 1. cap. 2. n. 103. n. 128. Clud. de sequestrat. cap.  
5. cap. 3. n. 17. Scotan. D. 35. th. 8. n. 9. Goedd. d. tract. de  
sequestr. cap. 2. n. 24. V. C. in marito profunde nite dotem.  
l. 22. §. 8. solut. Matr. Patre bona liberorum, Vidua bona  
mariti. Vid. Dn. Max. ad ius Lubec. p. 400. n. 42. 43. & p.  
41. n. 87. Et procedit ex hac causâ sequestratio non  
solum in actionibus realibus, quando videlicet petitur  
dominium rei mobilis. Myns. Cent. 5. Observ. 35. n. 3.  
vers. quid si res mobilis & seq. sed etiam personalibus  
ubi pecunia vertitur in obligatione Berlich. Concl. 73. n.  
79. Sola autem allegatio prodigalitatis non sufficit, sed

B 3

cam

eam probari necesse est. Practic. Papiens. *in forma sequestri vel saximenti* Gloss. *sapiens vir. n. 1. in fin. vers.*  
*ut probetur.* Plena autem probatio non requiritur, sed  
sufficit summaria, & qualis qualis fides, & ex præsumtio-  
nibus instrueta judicis informatio, quæ ipsius animum  
moveat ad decernendam sequestrationem Jason. *in l.*  
*24. D. solut. matrim. n. 157.* Puta si debitor est perdite  
vitæ & male frugis. Gail. *d. Obs. 147. n. 3.* Si nulla am-  
plius possideat immobilia. Coler. *de process. execut. p. 1. c. 2.*  
*n. 130.* vel tam pauca, ut non respondeant debito, in quo  
est obligatus creditori *l. 31. d. reb. auth. Jud. poss* Practic.  
Papiens. *d. gl. ff. sapiens vir n. 2. vers. vel possidere pauca.*  
Francisc. Curt. *tract. de sequestr. quas. 6. n. 23.* quomodo  
autem hæc verba *vel pauca immobilia:* sint intelligen-  
da, *vid. modò dict. Auth. n. 36.* Porro probari potest pe-  
riculum dilapidationis ex vitâ antea male actâ, si ante  
prodigus, vel in aliâ causâ male versatus fuit, Berlich.  
*d. l. n. 85.* Ex malis moribus de præsenti, §. ult. *Inst. de*  
*fus. tut.* Henning. Goed. *d. Consil. 106. n. 3.* Si fidem non  
servavit. Berlich. *d. Concluſ. 73. n. 87.* Alienavit unum  
post aliud. Matth. Col. *de process. execut. p. 1. c. 2. n. 130.*  
Si ne nunc quidem incipit esse frugalis, sed pergit suum  
6 decoquere. Gloss. *in l. 7. §. ult. qui satid. cog.* Quæ qui-  
dem indicia, si omnia concurrant circa unam eandemq;  
personam, sine dubio, secundum *Dd.* est, sequestrationi  
locum fore. Berlich. *d. l. n. 94.* Præcise tamen necessa-  
rium non est, ut omnia simul & copulativè ad sint, sed  
quandoque sufficit unum; quandoque aliud, secundum  
diversitatem causarum, in quibus de suspicione tracta-  
tur, quæ judicis arbitrio relinquantur. Curt. *d. tract. de*  
*7 sequestr. quas. 6. n. 33.* Circa prædicta Q. an procedat  
indi-

indistincte, quod mali mores reddant quem suspectum  
ad sequestrandum. Resp. quod non : quia debent esse  
mali mores ordinati ad dilapidationem, inferentes in se  
effectum, quia de aliis moribus non est curandum ; se-  
cundum Mart. Silima. Jacob. Butrig. Bald. Modern. in  
d.l. 7. §. fin. Illa enim regula, qui semel malus &c. Extr.  
de R. f. in 6. procedit in codem genere mali. Gloss. in d.  
cap. semel malus. Barr. in l.s. §. si quis ipse pratorit 7. de N.O.N.  
Bald. in l. ult. D. de hered. in instituendi, & subtiliter tan-  
git Br. in l. si prius in ss. oppos. 3. partis principali. de N.O.N.  
Cum grano etiam salis intelligenda sunt prædicta, nisi  
per triennium continuum, postea bonæ füsser conver-  
sationis : quia amplius non præsumitur malus, & suspe-  
ctus, ita Angel. in §. hinc nobis. in Auth. de Monachis. Et  
exclamat. Dom. Alexand. in d.l. 7. §. ult. n. qui satisd. cog.  
Ad extremum quo modo probatio debeat fieri, consul. 8:  
Berlich. d.l. n. 96. & 97. Andr. Gail. 1. O. 147. (ubi refert  
præjudicia) n. 5. & 2. O. 44. n. 8. Vid. Alexand. Consil. 163.  
n. 1. vol. 6. ubi dicit, regulam d.l. Imperatores, & d.c. fin.  
de sequestr. poß. locum habere in causâ appellationis,  
quando petens sequestrationem, obtinuit sententiam  
pro se: secus, si peteretur sequestratio in primâ instantiâ,  
quia tunc inhærendum esset regulæ d.l. unic. C. de prohib.  
Sequestr. pec. ita quoque tenent Joh. Andr. Anton. de  
Butr. & communiter Doct. in d. cap. fin. de sequestr. poß.  
Salic. in d.l. unic. (2.) In debitore fisci arg. l. 2. l. 3. C. de 9:  
Exalt. (3.) in contumace quoad bona de quibus lis est,  
c. 1. & 2. extr. de sequestr. poß. & fruct. cap. ex litteris 2. de  
dol. & contumac. Clud. d. cap. 5. cas. 21. n. 90. item cau-  
tio-  
nem præstare recusante. l. 20. C. de agric. & censit. Non  
obj. l. 25. C. de loc. cond. Conf. Clud. cap. 5. cas. 15. n. 75.  
(4.) In

(4.) In peculio servi qui ad libertatem proclamavit, & cuius dominus est in q. possessione servitutis, *l.fin.C.* quib.  
*ad libert. proclam. lic.* (5.) Quando super unā eademque re, vel ejus possessione, plures, quorum jura sunt incerta, litigant, etiamque ad se pertinere contendunt, quo casu iudex etiam habet probabilem causam, ad rei controversiae sequestrationem deveniendi, salvo tamen jure cuiusque partis, *Menoch. de rer. poss. rem. 6. n. 45.* Bald. *in l. ult. C. de edit̄. D. Hadr. toll. n. 10.* Etiam lite existente de possessione momentaneâ, etiam juris incorporalis (V.G. de jure venandi, lignandi.) præsens subsit periculū aut metus armorum *Ordin. Cam. p. 2. t. 21. §. ult. Duar. ad l. unic. in fin. C. de prohib. seq. p. d. l. 22. §. 8. solut. matr.* (6.) In uxore divertente à marito, in quam s̄avit nimis maritus, quæ sequestratur & custodia alicujus probæ & honestæ matronæ in loco, ubi vir vel parentes ejus non possunt ei violentiam aliquam inferre, committitur, donec lis super causa principali transfigatur, vel sequatur acceptabilis vel idonea cautio. *cap. ex transmis̄ 7. cap. litteras. 13. §. fin. de restitu. spoliat. Cravett. Conf. 190. n. 1. vol. 1. Johan. Gœdd. de sequest. c. 2. n. 51. & seqq. Matth. Col. (ubi extendit hoc etiam ad sponsam nondum traductam ad domum sponsi) de proceſ. execut. p. 1. d. cap. 2. n. 140. & seqq. Quod extenditur etiam ad eum casum, ubi super virgine, quæ dicitur duobus fidē dedisse de matrimonio, controvertitur, tunc Virgo etiā sequestrari & copulā interdici debet, per text. in cap. 2. & in cap. 1. ua fraternitas, de sponsâ duorum, text. in cap. tenor, §. fin. de sent. & re iud. Glos. notab. ibi verb. accedit. Natta Conf. 250. n. 9. part. 2. Andr. Gail. lib. 1. obser. 112. n. 15. itain Camerā Imperiali 20. Decemb. anno 1535. inter Georgium Ganshorn contra Hansen Mayer obser-*

11 (11)

observatum, & filiam dicti Ma hers / nomine **Sabinam**  
lite pendente apud honestam matronam sequestratam  
fuisse testatur, & simul formam pronunciandi, *qua ita*  
*se habet, recenset.* In Sachen rc. ist erkand / daß gemelte  
**Sabina** bey einer ehrlichen/nahmhaſſen/ und anſehnlichen  
Frauen (deren ſich beyde Theil in Zeit 4. Wochen / den  
Nechſten vergleichen ſollen.) ſequeſtriret ſeyn / und bey derz  
ſelben biß zu Aufführung fürgenommener Rechtfertigung/  
ehrlicher erzogen/ auch ohn allen Argwohn und gefährlichen  
Zugang vertrauet/ und enthalten werden ſoll / und da ſich die  
Partheyen der Frauen halben in gemelter Zeit nicht kön-  
nen vergleichen / daß alſo dann N. Bischoff : die gedachte  
**Sabina** obberührter maſſen / zu einer ehrlichen/ nahmhaſſe-  
ten Frauen / alſo / wie gemelt / vertraulich zu enthalten / ver-  
ſehen und verordnen / derhalben auch Mandat und ſequen-  
ter erkand ſeyn ſollen. Denique (7) ſequeſtratio fit  
ſrequenter ex magna fugæ ſuspicioне, præſertim in eo,  
qui non habet bona immobilia, d. l. 7. §. ult. qui ſatiūd.  
cog. Hippol. de Marſil. singul. 43. n. 1. verſ. ſed etiam  
habet locum. (Ubirationes ad fert) & n. seq. usq; ad fin.  
Roland. à Vall. Conf. 65. pertot. tom. 3. Paris. Confil. 101.  
n. 1. & seq. lib. 3. Dec. confil. 75. n. 1. & seq. Schneid. in §.  
actio. Instiſ. de Action. n. 15. verſ. terciò ampliatur. Non 10  
autem ſola Creditoris allegatio ſuspicioňis de fugâ ſuf-  
ſicit, ſed cauſa cognita evidentiibus & claris indiciis pro-  
bari debet. l. ſi creditores 31. dereb. anth. Jud. poff. Paul.  
de Caſtr. confil. 474. n. 1. lib. 1. Et propterea Judge de-  
bet eſſe cauſus ad interrogandum de qualitate cauſæ, ſeu  
cauſarum ſuspicioне. Bl. ad l. 16. C. de Judic. n. 10. ſub  
fin. verſ. & ideo judge debet eſſe, & seq. Debitor vero 11  
de fugâ ſuſpectus præſumitur, ſi latit et vel aliter ſit vag-  
bundus,

bundus, Bl. d. l. n. 9, item, si semel captus aufugit. Bl.  
Conf. 178. n. 3. lib. 2. Et qui animum ad fugam adjecit  
causa latitandi, & vitium mentis in actum deduxit. Nata  
ta Confil. 430. n. 21. tom. 2. Item si à loco, ubi credito  
res non pauci sunt, discessit, nec revertitur Berlich. Concl.  
73. n. 37. Plures præsumptiones suspicionis de fugâ vide  
apud Nicol. Boer. Decision. 215. n. 1. & seq. Berlich. d.  
12 conclus. Sed hic commodè queri potest, (1) An, si credi  
tor prædictis vel similibus præsumptionibus & indicis  
destituatur, suspicionem fugæ juramento probare pos  
sit? Et licet Philipp. Dec. Conf. 25. n. 1. vers. quartio hoc  
deducitur, (ubi hauc magis communem vocat) & n. seq.  
quem sequitur Roland. à Vall. conf. 65. n. 10. vers. tertio  
facit lib. 3. & alii hoc negant, affirmativam tamen multis  
rationibus defendit, Baldum, qui etiam in contrariâ est  
sententiâ, refutat, & ita totum mundum servare testatur,  
Paul. de Castr. Conf. 474. n. 1. & seq. lib. 1. Gail. 2. O. 44.  
n. 7. quorum sententia cum Berlich. d. Concl. 44. n. 43.  
13 Calculum addimus (2) Q. An sequestrum nullum cen  
seatur omisâ citatione? Bald. in d. l. sifdejusor. §. fin.  
decidit partem non citandam, si de fuga timeatur: quia  
contra fugitivos proceditur de facto, sine ordine juris,  
l. penult. de pign. act. l. quasitum est. 14, ff. de pignor. Con  
trarium autem statuit Angel. Aretin. in d. l. Imperato  
res §. fin. Bl. in l. 2. C. de serv. fugit. Paulus Conf. 37. Quod  
cum Præceptore meo. Dn. D. Struvio, d. exercit. adff. 21.  
th. 51. verius esse credo. Add. Clud. d. tratz. c. 6. Scotan.  
d. D. 35. th. 12. ratio in promtu est, quia præmitti debet  
causa cognitionis, ut probat textus in d. l. sifdejusor 7. §.  
fin. ibi. si hoc judici sedetur, si verò opus est causa cogni  
tione, sequitur necessario partem adversam citandam

et au-

et au-

& audiendam esse, juxta illud commune, audiatur & altera pars, facit hoc l. in cause. ff. de minor. l. 3. §. si causa cognita. ff. de honor. poss. limitamus nostram sententiam ita: nisi periculum sit in mora, ne fuga instruatur. Et hoc est specialissimum juxta Bald. illud sequitur Alexand. in d. l. si fidejussor. per ea, quæ notat I. mol. in cap. significavit. 41. X. de testib. & attestat. Hæc<sup>14</sup> de requisitis ad validitatem sequestri necessarii. Effectus ejus est, ut periculum avertatur, creditor suum jus & debitum conservet, & debitori alienatio interdicatur, ut supra dictum est.

#### C A P. IV.

D e s

### Officio sequestris

Vis dicatur sequester, ex supra traditis & l. 110. ff. de v.<sup>t</sup>  
§. facile constat. Officium verò illius est, rem sequestratam usque ad finem litis diligenter ac fideliter custodire, ne dolo latâve ejus culpa (aliquando levi, si salariū accepit. arg. l. 5. § 2. Commod.) quid detrimenti capiat. §. præterea & ts. 3. In p̄fit. quib. mod. re. contrah. Obl. l. 6. ff. deposit. prædia administrare, fructus colligere, eosq; adservare, & quæ servando servari non possunt distrahere, ac pretium deponere c. 1. 2. de sequestr. poss. & fruct. Finitâ autem sequestratione, sequestris erit, rem cum omni causâ restituere, & rationem suæ administrationis reddere d. l. 5. §. 1. §. 2. cum seq. l. 12. ff. depos. Confer. Clud. d. tract. c. 11. n. 29. 30. Sed quid, si ille, cuius res est sequestrata, non habeat aliunde, unde vivat, an petere possit, se ali defructibus rei sequestrata cum sc. res id ferre

C 2 valeat?

valeat? Respond. quod sic. l. fin. C. de ord. cogn. arg. l. 11.  
2 §. 1. ad exhib. l. 7. §. fin. l. 9. de jur. delib. Hac occa-  
sione duæ occurunt quæstiones. (1.) An sequester,  
si jus patronatus per sequestrationem ipsi committitur,  
jus præsentandi habeat? Aff. (1) Quia favor Ecclesiae  
rum hoc, sicut & multa alia, extorsit, ne rapaci alicui  
lupo, deficiente justo pastore, ovile Christi pateret cap-  
ne pro defectu qz. extr. de Elect. & Elect. potest. (2) Quia  
fructuum collectio ad eum pertinet, in quibus & bene-  
ficiorum collatio numeratur. (II) Utrum rei seque-  
stro positiæ, possessio in sequestrem transeat? Nos, nisi  
partes specialiter convenerint, ut neutri medio tempo-  
re procedat possessio, eam nunquam transferri, cum No-  
bilissimo atque excellentissimo Dn. Ernesto Friderico  
Schrötero, JCto celeberrimo, Dn. Præceptore ac pro-  
motore omni honore & observantia semper prosequen-  
do, in not. ad Differt. Sutholti Diffis. aphor. 53. & Dn. D.  
Ludvvel. JCto Norico, in Diff. ad Inst. 11. th. 9. lit. C contra  
Sutholt. d. Diff. 13. aphor. 53. verius arbitramur (1) per l. 39.  
ff. de acquir. vel amitt. poss. (2) quia sequestrum est spe-  
cies depositi. Nullum autem depositum vi sua trans-  
fert possessionem in depositarium, tum quia modus  
transferendæ possessionis non est, tum etiam quia depo-  
situm fit custodiæ solummodo causa l. 1. ff. deposit. Cu-  
stodia verò actum possessionis nullum habet, cum se-  
parata sint possessio & custodia. l. 3. ff. de acquirend. poss.  
(3) quia mitius agitur cum eo, cuius res ob contuma-  
ciam sequestratur, quam si in eam fiat missio c. 2. extr. de  
dol. & contumac. At per missionem in possessionem  
missus, possessio non constituitur, l. 5. ff. ut in poss. leg.  
serv. caus. E. Plura ad officium sequestris pertinentia  
qui desiderat, adeat Franc. Curt. d. tract. de sequestr.

CAP. V.

CAP. V.

De

Sequestrationis necessariæ contrariis.

SEquestratio in casibus à jure permisso, & supra reci-  
statis facta, non solum judicis decreto, verum etiam  
sufficiente oblatâ cautione tollitur. *textus expressus in*  
*d. l. si fidejussor. 7. §. ult. ff. qui satud. cogant. d. l. senatus-*  
*consulto. 16. π. de Offc. pres. Joh. Goedd. tract. de sequestr.*  
*c. 3. n. 14. Octavia. Vestrius, lib. 7. practic. cap. 2. n. 9. qui*  
*eam propterera medicinam sequestri vocat: & commu-*  
*neum testantur Franc. Vivius. lib. 1. Comm. opin. in 266.*  
*conclus. Joh. Coras. lib. 3. Miscell. cap. 2. ad fin. Baptista à*  
*Villalob. Comm. opin. verb. sequestrum. Quæ contine.* 2  
*re debet promissionem dcre illâ restituendâ absque ul-*  
*lâ procrastinatione in casu victoriae, facit l. litibus 20. in*  
*fin. princip. C. de agric. & censu. lib. 11. Et est facienda vel* 3  
*fidejussoribus vel pignoribus, de judicio sistendo, & re*  
*conservandâ integrâ. Andr. Gail. 1. Obser. 148. n. 6. Adeò,*  
*ut hoc in casu contra judicem, sequestrum sub præstitâ*  
*cautione relaxare recusantem, mandatâ cum clausulâ*  
*justificatoria decernanrur Gail. 1. Obser. 26. n. 1. sub. fin.*  
*vers. in Camerâ (ubi formam pronunciandi refert, & ita in*  
*camerâ. in causa Klingenberger/contra Hamburg. 18. Au-*  
*gust. Anno 1568. servatum fuisse testatur) & vers. seq. &*  
*obser. 148. ibi, adeò autem arresta & lib. 2. obser. 44. n. 9. vers.*  
*& e nomine & seq. Hoc tamen cessat in beneficii cau- 4*  
*sâ: quo ad id speciale quiddam propositum videri*  
*potest. in d. Clem. unic. de sequestr. poss. & fruct. teste Pa-*  
*normit. ad cap. 2. n. 24. eodem. Ratio evidens repeti po-*

rest ex cap. unic. de eo, qui mit. in poss. lib. 6. Nam cum  
satisfatio grassandi facultatem animique malitiam non  
adimat, sed potius augeat §. novissime. ult. Instit. de su-  
spect. tut. vel. Curat. Ecclesiae utilitas id urgere credi-  
tur, ut ejus salus, & animae cura potius intacta servetur,  
quam post vulneratam eam, medicina nimis sero qua-  
ratur. arg. l. 1. C. quan. lic. unic. se sine judic. vind. l fin. C.  
5 in quib. caus. restitut. in integ. necess. non est. Idem vul-  
gò extendunt ad eum casum, si propter armorum me-  
tum vel scandalum sequestratio facta esset, aut si cautio-  
nem offerentis mores notoriè essent prodigi. Panorm.  
ad cap. 3. extr. de sequestr. poss. Nam nec hos mores  
perversos satisfatio emendat. cap. Literas. in fin. de re-  
stit. spoliat. juncto cap. cum locum. extr. de spons. cap. ex  
transmissa. extr. de restit. spoliat. cap. 2. de sequestr. poss. &  
fruct. Jason. ad d. l. se fidei ssor. §. fin. n. 17. ad quem me  
6 remitto: Adde casum, qui se circa adipiscenda possessio-  
nis remedia offert, tum quando neutra pars est vel fuit in  
possessione, & judex cum voluntate partium, aut pro-  
pter metum scandalis se intromitterit, & adipiscendam  
possessionem sequestrat; de quo casu agit. Menoch.  
remed. 6. adip. poss. n. 2. & 13. Nam non continuò  
oblatâ satisfatione hæc sequestratio tollitur, sed ita de-  
mum si causa cognita constiterit, utra pars litigantium  
sit potior in jure, ut proptera in possessionem mitti de-  
beat, modò servatis servandis, & non de facto hoc seque-  
strum decretum sit. arg. eorum, que ex Specula de libell. con-  
ceptione. §. num dicendum vers. 22. Marian. Socin. ad cap. 1.  
vers. 54. column. 1. 8. extr. de libell. Oblat. & ibidem Abbat.  
n. 15. adducit Zuchard. in l. fin. C. de editio D. Hadr. toll. n.  
524. & Menoch. n. 14. d. remed. 6. adip. poss. n. 20. Nam cum  
utri-

utriusque partis gratiâ fiat, ne pravè alter alterum prä-  
veniat, hoc quoque cavendum est, ut nec satisdando si-  
nistrè ingrediatur is possessionem, cuiusque jure illa  
non erit, neque etiam spes possidendi ei injustè adima-  
tur, cui à jure oblata erat. Quæstionis hîc est: an jura-  
toria cautio ad relaxandum sequestrum sufficiat, si nec  
fidejussoribus, nec pignoribns cavere reus possit? Al-  
beric. in d. l. s. fidejussor. §. fin. per gloss. in l. 1. ff. qui satiud.  
cog. §. sed hodie Instit. de satiud. affirmat. Negantid Jason.  
& Alexander. i. ad l. 1. n. 23. vers. undecimò limita. ff. qui  
satiud. cog. & ad l. s. fidejussor. §. fin. n. 18. ff. eod. Ulbi-  
cunque enim aliter consuli potest, vel consultum est,  
juratoria cautio ob perjurii periculum non debet ad-  
mitti. Jason. ad l. 1. colu. 3. C. de Procurat. & in l. 1. n. 1.  
C. de Carbon. edict. Respondent igitur ad glossæ authori-  
tatem in d. l. 1. & in d. §. sed hodie, regulam quidem in  
iis locis proponi, hîc verò exceptionem; sicuti contra  
in dote speciale autumant, in cap. penult. extr. de Do-  
nat. inter vir. & uxor. cum dominium ejus, civili ratio-  
ne sit mariti. l. doce ancillam, 9. C. derei vindicat. Dein-  
de utrobiique requiritur satisfactio sive satisdatio, ut  
d. l. s. fidejussor. §. fin. d. l. litibus d. l. fin. C. de ordin. co-  
gnit. Quæ propriè sit datis fidejussoribus vel pignoribus  
aut ipsius rei solutione. satisfactio 52. ff. de solut. & liber.  
l. 1. ff. qui satiud. cog. l. 1. §. jubet. ff. decoll. bonor. l. 4. ff. de  
re judicat. Unde satisfactum videri non potest, cui so-  
lummodò juratum est. Hanc sententiarum contrarie-  
tatem eleganter conciliat Mynsing. Observat. 11. Cent. 2.  
distingvens inter personam de fidei observatione su-  
spectam, & integrum: Hanc admittit, illam repudiat:  
quod & æquissimum & verissimum est; nec obscurè eli-  
citur

citur ex c. penult. extr. de Donat. inter vir. & uxor. cui  
etiam Gail. obseruat. 47. n. 9. 10. 11. lib. 2. ad stipulatur.  
10 Quia verò quæ persona integra quæ suspecta haberi de-  
beat, certis regulis definiti non potest, cum pauperri-  
mos etiam quosdam fidei religionem longè accura-  
tius, quam divites, observare experiamur. Itaq; cre-  
diderim, id arbitrio boni viri, judicis nimirum religio-  
ni, committendum esse, qui consideratis omnibus cir-  
cumstantiis ac moribus, aestimabit quantum cuique  
fidei tribuendum sit, arg. l. 3. ff. de testam.

CAP. VI. & ult.

De

Iis, quæ Sequestro affinia sunt, maximè  
tamen ab eo differunt.

I A ffine sequestro i. est depositum in specie sic dictum  
ab eo tamen multis modis distat. (1) quod illud  
semper fiat à pluribus, hoc etiam ab uno l. ii. in prin. ff.  
depos. & l. 18. præscript. verb. Non obstat l. 9. §. 6. de dol.  
mal. ubi videtur quidem unus deponere apud seque-  
strum, sed quia alter non contradixit, videtur id depositum  
& ab illo factum esse Magnif. Dn. D. Frantz. insi-  
gne illud jurisprudentia lumen, sed eheu nunc extin-  
ctum, in Comm. ad π. depos. n. 15. (2) In sequestro unus  
quisque in solidum videtur deponere, sed cum plures  
communem rem deponunt, quilibet deponit pro parte.  
Oldendorp. Claff. 4. act. 13. in princ. (3) in deposito, quan-  
do libet, res repeti potest: in sequestro autem non nisi  
decisâ controversiâ, vel aliter creditori satisfactum fue-  
rit, arg. d. l. sequester. de V.S. (4) Deponi potest pure, se-  
questra-

sequestratur semper adjectâ conditione reddendi, si alteruter fuerit judicio superior. d. l. 6. deposit. unde (s) sequester non potest officium sine justâ causâ depone-re l.s. §. ult. eod. quod tamen depositario simplici integrum est. Pacius, *tract. de deposit. cap. 16.* n. 101.

II. A fine sequestro est arrestum, sunt enim non-nalla, in quibus hæc convenient. Nam sicut necessaria sequestratio est juris regulis prohibita, Voluntaria verò permissa; sic etiam arrestum toto genere illicitum est, quamvis missio sit permissa. Gail, *de Arrest. cap. 3.* & 21. n. 3. & quemadmodum arrestum litis sit gratiâ, sic etiam sequestrum, Carol. Molyn. *in Consuet. Parisien. part. 2. gloss. 1. verb. arrest. n. 38.* unde est, quod Dd. arresti & sequestri doctrinam sæpe confundant sæpeque alterum pro altero accipient, ut fit apud Gail. *de arrest. cap. 11. n. 3.* & 4. quæ tamen longè justius discernuntur, Zabarel. *in Clem. unic. de Heretic.* Differunt autem quemadmodum nomine, ita quoq; ipsâ re l. *si idem 7. C. de Codicill. l. non codicillum C. de testam.* Arrestum, pro saximento positum, nam à græco verbo ἀρεστον deducum, significat summorum tribunalium, à quibus appellare non licet sententiam ac decretum, autore Budæo *ad l. fin. D. de Senator.* Carol. Molyn. *in Consuet. Parisien. part. 2. gloss. 1. verb. arrest. ab impediendo & interdicendo nomen accepit,* Molyn. *in d. gloss. 1. verb. arrest. n. 1. & 2.* quasi gradum sistens. Zabarell. *in d. Clem. unic. de Heret.* Sequestrum verò à fide & conventione, nomen habet. Sequestrum uti in præfatione dictum depositi species est, atque ita contractus: arrestum neque depositum est, neque contractus, sed manus quædam injectio. Conrad. *Lagus, part. 5. Method. cap. 32. de execut.*

D rei

*rei judicat. n. 23.* Sicut enim ex l. XII. tabul. olim manus injectio erat, in reos judicatos & æris confessos, intra 30. dies judicatum ac confessum non facientes, Gell. lib. 20. cap. 1. ita arrestum ob quamlibet causam in adversarium quædam est manus injectio: Conrad, Lagus, d. c. 32. n. 23. & 24. Sic arrestum non sit custodiæ causa, nec in religiosa tantum, sed tam in personam quam in rem quamlibet, etiam non litigiosam exercetur, impediendo, ne abeat vel avehatur ad effectu agendi, vel juris aut rei consequendæ, Carol. Molyn. in dict. verb. arrest. c. 3. & seqq. Hinc etiam alia est Constitutio, de arrestis, Anno 1570. edita, & Anno 1594. in §. bey den Arresten/ §§. seq. declarata, diversa ab eâ, quæ de sequestracione extat, in ord. Cam. part. 2. tit. 21. ut vel inde constet, tam in foro, quam in Scholis, tam re etiam quam verbis hæc duo multum inter se distare.

## EPILOGUS.

D Enique duæ ex sequestratione promanant actiones, quæ cum qualitate dicuntur depositi sequestrariæ, l. 5. §. 1. l. si in Afâ. §. cum sequestre ff. deposit. una directa, altera contraria, d. l. 5. in princ. & §. 1. D. depos. Illa datur victori contra sequestrem, ut finitâ lite, vel præstita cautione, rationes reddat & rem cum omni causâ restituat. arg. l. 1. §. 24. depos. Doli autem vel præscriptis verbis actio locum non habet. Hæc verò datur sequestri ad repetendum sumtus & damna, si quæ hac occasione sit passus, l. 5. ff. depos. l. 14. D. de condit. indebit. vid. Dn. Hahn, ad Wesenb. d. Diss. n. 6. Et tantum properante calamo de sequestratione, B. L. si fortè minus accuratè scriptum sit, meminisse te velim me & hominem esse & unum hominem, nec amplius per me assequi, quam ab homine

homine mediocris ingenii atque institutionis. Igitur,  
si quid inveneris quod animi tui exspectationi non satis  
tespondeat, ignoscas rogo.

LAUS DEO SEMPER.

---

Nobili atq; CL. V.

DN. JUSTO ENGELBERTO Hoyer/  
J.U. Doctorando dignissimo pro consequendis su-  
premis in jure utroq; honoribus publicè dispu-  
tatuero S.P.D.

T E Patris ac Patrui rapiunt ad sidera laudes.  
Insta! currentem lausq; decusq; manent.

benevolentiori affectui testando  
adjudicebam

JOH. ERNESTUS GERHARDUS,  
SS. Th. D. & P.P. h.t. Acad. Rector.

O stia qui Themidos pulsat, vigiliq; labore  
Nititur, ut pateant interiora sibi.  
Hunc sua dona manent: portas hunc pandit honorum  
Divi, quibus nitens Clares in orbe precor.

Honoris & benivoli affectus c.f.

P R A E S E S.

P Ræmia decernit virtuti sancta Themista,  
Summo Doctoris Dignus honore clues.

Gratulabundus exarabat

GEORGIUS ADAMUS Struve/D.

Ad

*AD*

*NOBILEM ATQUE CLARISSIMUM*

*JUSTUM ENGELBERTUM HOYERIUM,  
PRO LICENTIA*

*Summum in utroq; Jure gradum consequendi,  
disputantem*

*Fautorem & Amicum suum integerrimum,*

*J. C. SCHINDLERUS*

*ET taudem EVNOMIES DECUS PERENNE  
HOYERI, satis in sacrâ palestrâ*

*Certatum est. Meritos cape ergo honores;  
Certanti siquidem datur corona.*

*Gratulor! magis inde gratulabor,  
Caput quando Tuum micabit ostro  
Sarrano, Proceres Tibi Themistos  
Quod nunc deproperant. DEUS PARENTI  
MAGNO gaudia PROLIS hæcce magna  
Servet; at PATRIÆ roganti UTRUMQUE!*

*W*as vormals der Soldat im Testamente vermachte  
*Das gab Herr Hoyer ganz dem Kläger und Be-*  
*flagten*  
*Die wurden nicht verricht: und weil sie beyde sagten*  
*Sie weren Herr: So wird es dem Sequester bracht.*  
*So ist noch der Proces nicht aus: auff den Termin/*  
*Der auff den dreysigsten des Januars angesetzt/*  
*Folgt bald das Urtheil selbst/wenn sein Häupt wird ergehet/*  
*Mit höchster Ehr. Damit zieht man zur Phyllis hin.*  
*Mit diesem wenigen wolte seinen Phyllas*  
*beehren der*

*DAMON.*

*FINIS*

*GEORGII ABRAHAMI GEMINIANI*

Jena, Diss., 1662  
A-Stg.  
f



VD 17





# Farbkarte #13

B.I.G.



1662, 11  
INAUGURALIS 55  
De  
ESTRA-  
ONE,  
Quam  
ente Clementiā  
Magnifici ac Amplissimi in  
Jenensi Fctorum Ordinis,  
SIDENTE  
IRO  
imo, Consultissimo & Excellentissimo  
PHORO PHILIP-  
Cto & Com. Palat. Cæsar.  
atisimo, Consiliario Saxonico,  
natūs Adseffore primario gravis-  
cæ Ordinario meritissimo,  
e Promotore suo æternū  
splendo.  
PRO  
IS IN UTROQUE JURE HO-  
LEGIIS DOCTORALIBUS.  
um ad d. 25. Januarii 1662.  
& pomeridianis.  
orum examini sittit  
ELBERTUS Hoyer/  
SIS WESTPHALUS.  
S JOHAN. NISII.